



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann

[Osnabrugi, 1696

Omnium S S.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)

quales optares te elegisse & legisse in hora mortis, & in extremo iudicio.

VII. Deniq; lectionem claude cū gratiarum actione pro instructione & lumine; ac pro lectorū executione gratiam exposce.

\* \* \* \* \*

## MEDIO VII.

### COENA.

**P**RO hac servient, dicta de prandio: nisi quod hæc moderatior sit & frugalior prandio, ut manè alacrior sis, in surgendo, & ad meditandum aptior.

---

### HORA VII.

Recreatio, ut ad meridiem hora XI.

---

### HORA VIII.

#### *Litania de omnibus Sanctis.*


I. **E**St in Societate vetusta piæque consuetudo Litanias hæc recitandi, ut habetur Congr. 9. Dec. 7. Quam ut rite observes, sequentia juvabunt. 1. Animum in recreatione aliquantum distractum, in itinere collige. 2. Genua flectens, simul mente prosterne te coram SSS. Trinitate, innumera Angelorum & Sanctorum multitudine, in regno cœlesti circumdata, & eandem

dem sub initium Litaniarum supplex adora  
ac misericordiam implora. 3. Tum à B. V.  
incipiendo, per ordinem, quasi supplica-  
tum ires, Sanctos in cœlo circumeundo, in-  
voca, & eorum patrocinia exposce, inten-  
to in singulos animo. 4. Sub Litaniarum  
finem varia pro te, pro Ecclesia militante,  
aliisque postula per Christi, B. V. & San-  
ctorum merita. 5. In varios quoque fines  
hæc Litaniarum recitatio dirigi potest. v. g.  
pro conversione Chinæ, Japoniæ, Septen-  
trionis. P. Lessius eas offerebat pro con-  
versione Angliæ. Bibl. Script. Societatis.

II. Finitis, circa primum quadrantem,  
litaniis examen particulare, exactè institue,  
& annota accuratè, juxta praxin hora 12.  
indicatam; quod sub examine generali,  
præsertim in hyeme, non bene fieri potest,  
ob defectū luminis. Et sequente quadran-  
te (quem Canonicum vocamus) nulli al-  
teri rei aut studio te da, sed materiã medi-  
tationis pro die sequenti, lege, puncta obi-  
ter memoriæ manda, aliquantulū rumina,  
affectus prævide ac quodammodo dispone,  
& si quid temporis supersit, Librum Spi-  
ritualem, aut de imitatione Christi lege.

*Medio IX. Examen generale.*

Exa-



Dum Tempus habemus operemur bonum Ad Galat